

Extulit stragis cruor insepulta
Flumina ripis,

Perfidum rident mala inhospitales
Nostra vicini, & satiant suorum
Heu! propinquorum fera luctuosis
Corda ruinis.

Quis manet tandem toties relictum
Exitus cæcum, Deus? an furoris
Non tui voluit satis astuantes
Flamma favillas?

Impetu dextra potius tremenda
Nescias contunde tui catervas,
Et laceffito tege peierantes
Fulmine reges.

Hi tui sedem & placidos Jacobi
Igne vastarunt rabido penates:
Sola nunc passim superant pudendis
Rudera campis.

Exequi pœna nimium severa
Mitte transacti malè crimen ævi,
Et fatigatam gravibus procellis
Erige turbam.

Nominis per te veneranda sancti
Sacra, per numenque tuum precamur.
Arma pro nobis cape, nec fidelem
Linque cohortem.

Ne rudes belli pariter deique
Esse nos livor crepet impiorum,
Aduola certus tibi militantis
Sanguinis ultor.

Frangé